

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Baptismus d  
cum fonte primo

Idem salutifere curacionis auxilium circumcisio  
in lege contra originalis peccati uulnus agebat  
quo baptismus agere reuelante gracie  
tempore consueuit excepto quod regni celestis  
ianuam nec dum intrare poterant,  
donec adueniens benedictionem daret  
qui legem dedit ut uideri posset  
Deus deorum in Syon,  
tantum in sinu Abrahe post mortem  
beata requie consolati superne pacis ingressum  
spe felici expectabant.

Beda omelia IIII. super illud Luce: Postquam  
consummati sunt dies VIII.

Scire etenim debet uestra fraternitas quia  
idem salutiferae curationis auxilium circumcisio  
in lege contra originalis peccati uulnus agebat  
quod nunc baptisma agere reuelatae gratiae  
tempore consueuit excepto quod regni caelestis  
ianuam necedum intrare poterant  
donec adueniens benedictionem daret  
qui legem dedit ut uideri possit  
Deus deorum in Sion  
tantum in sinu Abrahae post mortem  
beata requie consolati supernae pacis ingressum  
spe felici expectabant.

Beda Venerabilis, *Homeliae*, 1.11 (CCSL 122, D.  
Hurst ed., p.74, ll.40-48).